



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

17. Laus Apum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

adisertē hoc argumentum attigit Odapius in Eubaldo.

Prima literarum rudimenta ex statula hau-  
fit, quæ vix cæteri loqui solent. Nemo totidem  
annorum non ab illo puer in omnibus rebus  
præteritus, nemo non relictus est. Itaque puer  
illis in studijs iam non pueriliter se gerere,  
spicique multo plus habere, & quam illa etas  
datet, videbatur.

Indole autem, atque facie ea fuit, ut iurares  
illos Veneris pueros Amores, quos Poetæ  
aiunt, Matri præsto esse, atque illudere, aliam  
oris formam genarum, oculorum, non habe-  
re. Docere puerum incipio, nihil eorum, quæ  
in alijs esse solent video in auctro. Non deli-  
ciorum villas illecebras, non prauos ad licen-  
tiam mores, non adiutam impunitate auda-  
ciam, non denique arrogantis fortunæ vllum  
in pueri animo expressum vestigium inspicio.  
Non molestiam, satietatemque dicendi, aut  
commorandi cum se natu maioribus: Nihil  
eorum in eo fuit; grata potius, expectendaque  
omnia, &c.

#### Laus animalium.

C A P V T X V I I

**D**ixi copiosius de laude personæ; quia  
frequentius est hoc laudationis genus.  
Nunc propositum initio ordinem se-  
quutus, methodum, quam in laudandis ani-  
malibus seruant Tercaci, paucis expedio.

Laudantur animalia à pulepto, vili, & ne-  
cessario: sicut & res cætera. Hæc sunt enim  
prima laudationis fundamenta.

Capita erant: gens, parentes, robur, pul-  
chritudo, labor, agilitas, cantus, humani ser-  
monis imitatio, fidelitas, gratus animus, amor  
in dominos, prudentia, fortitudinis, tempe-  
rantia, & cæterarum virtutum adumbrata si-  
mulachra.

Exemplum habes in musca Læciani. Tanta  
enim industria persecutus est omnia, quæ de  
musca dici, aut cogitari possunt; ut vix aliud  
quisquam in hoc genere magis luculentum  
reperias.

Principio enim, quæcumque ad corporis hâ-  
bitum, compositionem membrorum, speciem,  
atque vsum pattium pertinent, exquiritur.  
Mox ad interiora progressus, prudentiam, for-  
titudinem, reminiscentiam, in eadem com-

mendat: ad summum vietus, & dñe ratio-  
nem. Nomen, genus, cognomines etiam puel-  
las ostendit. Et hæc quidem ex varijs historijs  
naturalis scriptoribus repetenda, eruditione,  
& eloquentie suavitate temperanda, quo in  
genere plurimum valent descriptiones: Non  
satis est enim oratori accepta ab historicis nu-  
de, & simpliciter cœtiare, sed prætexta quibus-  
dam artis lenocinij ornare decorum est. Ex-  
emplum subiectio in laude apum, & formicæ.

Exstat apud Quatilianum nobilis decla-  
matio, in qua pauper damni per iniuriam dati  
actionem intendit diuiti, quod eius apes ve-  
neno illitis floribus peremisset, vbi postquam  
suas narravit fortunas, de apibus multa, &  
præclara commemorat.

Eius Apum:

C A P V T X V I I

**C**ætera animalia videtur nihil naturæ, Ex Quat.  
vsiis nostris genuisse, hac etiam deli- declam.  
cijs, cum eo, quod in illis, quæ, vel scin-  
dendo solo, vel naturando itineri compara-  
mus, multis ante redditus insumitur labor, &  
cum perdomanda, cum alehra sint, nihil ta-  
men possunt sine homine, & tantum coacti  
prosunt.

Apes faciunt iniussæ fauos, sine villo ratio-  
nis humana ministerio, totus fructus vitro-  
venit. Adiace, quod cætera animalia, aut satis-  
incurrunt, aut viribus nocent, priuinaque, vrsi-  
ma est, hostis causa pecudi fuit hæsa fruges.

Harum ita innoxius perprata, sylvasque  
discurrat labor, ut tantum factum opus appa- Apum pan-  
reat. Quæ satris digna persequar laude? Dicam  
animal quodammodo patrum hominis ex- um ho-  
emplar. Hochumana excogitare non potuit plar.  
soleritia. Etiam ratio nostra, quæ sub tertis lu-  
crum inuenit, quæ maria inquisitione sua si-  
deribus immiscuit, hoc tamen efficere, conse- minato  
qui, imitari non potuit. Venena-potius inue-  
nimus.

Iam primum futura laudabilis vitæ digna-  
principia. Non illas libido progenerat, domi- Apum cas-  
trix omnium animalium Venus; utque ho- strum  
mines in excusationem sui fabulis tradide-  
runt, etiam Deorum posteritas, has regnis suis  
excepit: Abest inimica virtutum voluptas ca-  
sis sine labore corporibus. Solet omnium non e-  
duant fætus, sed faciunt. Ipse paulatim fecit  
st.

Ripare sunt per mella viuiscent, & vt oporetur, animal laboriosum, ex opere nascitur.

Inde vt adoleant iuuentus, & ad similes labores & eas roborata conualuit, relinquitur liber parentibus locus. Et ne coacta in agustum multitudine noua turba labore, quasi habita verecundia ratione, cedit populus minor, suspensumque proximis ramis examen humana manus expectat. Acceptas cum fide coeli sedes. Et cum iugenia nostra, quæ nos, scilicet ambitioni nostri estimatores proxima diuinis credimus, ad percipiendas disciplinas multo labore desudent, nulla apis nisi artifex

*Nulla apie* nascitur. Quid credas alius, quam diuina partem mentis his animis inesse? Quid præcipuum referas? Non vt cetera animalia per pastus vaga incertum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio semper habitatura, sed tutas ledes continent, vthes teaties, ruga populos imitantur. Non vt fera volentes, non vt presentis modo cibi memoris in diem viuant, duratus hunc reponit vietus, & repletis vere cellis tuts annus est. Etiam cum ad humanos usus opera subducta sunt, reparare amissam contendunt, & labor damno incidunt, & nunquam deficit animus, antequam locus. Quid quod inter animalia, quæ non verba coniungunt, non verba rationis inuicem negant, tantus operis consensus est, tanta difficultate rei, laboris concordia?

Non humano vitio in proprios quoque usus lucrum ducit, in publicum viuit, & communes opes congeruntur in medium, nec fas est delibera gustu, priusquam plena horrea securos spondeant mentes. Quis porro tantus ardor operis, que officiorum partitio, vt alia congerant onera, aliæ accipiunt, aliae liniant? Quæ seueritas in castiganda inertia multa dictu, viisque mitanda, prequidere tempestates, nec dubio se cœlo tradere, nec ultra viciniam nubilo tendere.

Nam si leues aura iniquior rapuit, ad dirigendos in destinata cursus modico lapilli pondere librare penas. Illas maiorum pectorum totis pro rege castris procurrose, & iniuste bella, mortemque honestam pro duce oppere. Adiace, quod si, quas, aut etas longior, aumoribus oppresbit, effrenum prius corpora, posteriorq; operum, quam funerum cura est. Quid illigare cruribus flores? quid ore succos in publicum ferre. Me tamen ipsius operis præcipua admiratio subit, non est temere, nec fortuitam figuram, & sedes modo reponendis cibis, quæ sibi credas, tudis cera componitur.

Seueritas.  
Praefagia.

Miseri-  
cordia.

Opus.

accedit usibus ineharrabilis decot. Nam primum tenacibus vinculis fundamenta susperdunt, tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter crescit, nec quicquam ex inchoatis paruum est, quod non sua portione perfectum sit, nec iam alia parte opus esset. Gemina frons ceris imponitur, & cum foraminibus tantum spatium detur, quantum ad generanda examinationem spem capiat ( ipsi enim sibi inuicem anguli haerent, & ita muro vincuntur, atque alligantur, vt quod voles medium sit) his textis ne vniuersi mellis effluant pondus, intercepta onera cluduntur. Quis non stupeat hoc fieri posse sine manibus? nulla interueniente doctrina haec artem nasci? Quid non diuinum habent, nisi quod moriuntur.

### Encomium formica.

Ex Basili, Hieronymi, & ceterorum imitatione ex prelum nostro stylo.

### CAPUT XVIII.

**P**hiloxenus Tudeorum fermè omnia eruditissimus, idemque eloquentissimus: in eo cōmentario, quā de plantatione Noemi disseritissime, vt cetera, conscripsit fabulam narrat, non minus suauitate iucundam, quam sapientia fructu præclararam. Deus, inquit, rerum omnium opifex, cum admirabilem mundi strukturam, tanta, tamque varia patrum non modo congerie, sed & compositione consurgentem, diuina mentis solertia machinatus, oculis subiecisset: fertur ab ijs, quibus in hoc opere administris usus fuerat, quæ siisse: quidnam de tota vniuersi ratione videretur? tum unus admodum liberè, quod sentiret, respondit: voem aliquam grandem, aetam, clamam, desiderari: quæ omnes mundi peruagata regiones, sine villa intermissione, Dei laudes, & sapientiam prædicaret, & eam, quæ vel in tenuissimis rebus ermitut, summi artificis industriam, imperitis hominibus prædicaret.

Quæ profectò, si res esset, non laboraremus in laude formica: nunc autem, & ingenij Propositio, humani imbecillitas, & ipsa rerum obscuritas, tenebras dicentibus offundat; & de institute orationis ornamentis plurimum

P. 2. d-